

924.

1286 d. 13 Oct.

Dåwö.

Konung MAGNUS I:s vidimation och stadfästelse på K. KNUTS gåfvobref till Wiby kloster.

A. 3. h. 1: 3. *)

Omnibus presentes Litteras inspecturis, MAGNUS dei gracia sweorum gothorumque rex, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facimus vniuersis, Quod nos. Magnifici principis Domini kanuti quondam regis sweorum illustris Litteras sub sigillo suo. vidimus & perspeximus. In hec verba, Ego KANUTUS &c *Se föregående N:o 64.* Nos igitur Magnus. rex sweorum supra scriptus, premissa omnia secundum quod acta sunt Ratificamus, atque in ratificationis testimonium, sigillum nostrum presentibus apponi fecimus ad euidenciam plenioram, Datum Dawo anno domini M^o,CC^o,LXXX sexto, III. Idus octobris, Anno regni nostri Duodecimo.

Ett större stycke af sigillet vidhänger.

925.

1286 d. 21 Oct.

Baldtæhi.

HÅFRID SIGTRYGGS dotters testamente af sitt gods Äsperyd till Gudhem, och penningar till åtskilliga andra kloster, med anordning af sina öfriga gods till sonen BENGT samt döttrarna RAGNERID och CHRISTINA, så ock friheten åt trälen TOVE och dess 2 små barn.

A. 4. a. 11

Vniuersis presens scriptum inspecturis. HAFRIDIS SITRAGI quondam filia. pacem in dej filio continuam cum salute. Cum uarij & inexcogitabiles sint humane fragilitatis euentus nec quisquam nisi illustratus diuinitus prescire poterit quo fine uel quando diem claudere debeat extremam. Hinc est quod ego Hafridis salutj anime mee preuidere volens testamentum meum condere disposui in hunc modum. Do igitur primo cenobio sanctjmonialium in gudhæm predia mea sita Hæspiryd cum omnibus attinencijs & capellam meam ad altare sancte Katerine ibidem ubi etiam eligo sepulturam. Claustro uarnem unam marcam purj. Item cuilibet monasterio uestgocie unam marcam purj Item hospitali lodhosiensi .I:am. marcam purj. Hospitali scarensi .I:am. marcam puri. Item sacerdotj unicuique parrochiali ubi bona mea continentur unam marcam denariorum. Ecclesie anguthorp unum agrum. Touo cum duobus infantulis libertatem. Donacionem quam assignaui dilecte filie mee cristine de gudhæm per litteras & sigillum meum approbatam. eandem iterato presenti scripto communiõ & confirmo. Insuper clareat uniuersis quod quondam commu-

*) Finnes äfven i vidimation af Konung MAGNUS II BERGERSSON 1340 d. 19 Mars.

commutationem feci cum filio meo domino benedicto assignans eidem duas curias meas hualstadhi & hørtydhær propter alias duas competentes curias de patrimonio suo grafryd. ac espiryd iuxta omnem rationem que dicitur umfærd cui conditioni interfuit filia mea rangfridis ac alij fidedigni. facta autem hac conditione filie mee rangfridi supradictam curiam grafryd cum omni rigore legis quem iterum appellamus uulgariter umferd erogavi. cui iuris rationi institit filius meus dominus benedictus. Huius igitur pacti mediatores fuerunt. dominus haquinus tunonis. Dominus magnus kanutj filius. Dominus ormerus. dominus petrus de anguthorp. & alij plures nobiles & discretj. Jtem ad habendam huius rej noticiam pleniorem sigillum illustris domini .M. regis Sveorum. Ac uenerabilis patris nostrj scarensis episcopi. domini magni kanutj filij. domini petri sacerdotis de anguthorp & sigillum proprium presentibus sunt annexa. Si quis hanc donationem refringere attemptauerint (*sic*) iram dei & omnium sanctorum senciatur ulciscendam. Datum baldtæhi anno domini. M°.CC°.LXXX°VI°. in die undecim milium uirginum.

Sigillen. N:o 1, 4, 5 bortfalle, remsorne qvar. 2. Andeligt. 3. Andeligt, skadadt.

926.

1286 d. 23 Oct.

Linköping.

Biskopen i Linköping, Hertig BENGTS bref till Hägerstads Församling, om Biskopstiondens utgörande till Kaniken Mag. WIMUND.

A. 3. o. 1:

BENEDICTUS Dei gratia Episcopus lincopensis Dux finlandye Dilectis sibi in christo filiis parochianis de hægirstad Dilectionem in domino cum salute. Noueritis quod nos dilecto nobis in christo magistro Wimundo canonico nostro decimam nostram penes vos que canonie sue a multis retroactis temporibus annexa fuerat assignamus possidendam. mandantes. eidem super hiis iusticiam exhiberj JN cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum lincopie. Anno domini. M°.CC°.LXXX°VI°. Decimo kal. novembris.

Sigillet bortfallet, äfvensom den ur brefvet klippta remsan.